Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0002-3

1763.

1. Hoffmannus, Gottfridus Daniel: De electione et coronatione Imperatoris regisque Romanorum.

2. Hoffmannus, Gottfridus Daniel: De coniungendo cum studio juris s. theologiae studio.

3. Kies, Joannes: Dilucidationes continuatae analyseos finitorum Kaestnerianae.

1764

1. Canzius, Eberhardus Christoph: De emtione venditione annuorum redituum etiam sine consensu magistratus vel principis jure Wurtembergico valida.

2. Harpprechtus, Christophorus Fridericus: De cessione nominis XX florenos excedentis, absque judiciali intimatione facta

3. Hoffmann, Gottfridus Daniel: De rege Romanorum.

4. Hoffmann, Gottfridus Daniel: De capitulationibus regum Romanorum.

1764

5. Kies, Joannes: De curvarum algebraicarum asymtotis tam rectilineis quam curvilineis, earumque investigatione.

6. Schott, Christoph Fridericus: De moralitate usurarum.

7. Schott, Christoph Fridericus: De momento libertatis et imputationis.

8. Tafinger, Fridericus Guilielmus: De Francisco Fuegert, jurisconsulto.

9. Tafinger, Fridericus Guilielmus: An assessorem camerae Imperialis praesentandi jure gaudeat S. R. I. nobilitas immediata?

1765

1. Hoffmann, Godofredus Daniel: Linguae Gallicae jus publicum Germanicum.

2. Hoffmann, Godofredus Daniel: De spectando in conventionibus initio

3. Kies, Joannes: Analyseos infinitorum quaedam specimina

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0004-5

1765

4. Tafinger, Fridericus Guilielmus: De directorio Camerae Imperialis Celsissimae

1766.

1. Cany, Gerhardus Christoph: De uno ex pluribus litis consortibus suo, non simul alieno nomine agente.

2. Franck, Jo. Daniel Marianus: Observationes juris camerialis.

3. Vies, Johannes: De trajectoriis planetarum et cometarum

1767

1. Hoffmannus, Gotfredus Dan: De jureconsulto mathematico et in specie de analysta (?) circa antichresin et interusurium.

2. Hoffmannus, Gotfredus Daniel: De effectu indossamentis cambii proprii

3. Hoffmannus, Gotfredus Daniel: Romana themis commerciorum fautrix

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0005-0

1767.

4. Hoffmann, Godofredus Daniel: De odio revisionis Cameralis sublato ad Capitulat. noviss. Art. 17 § 2 pr.

5 Hoffmann, Gottfried Daniel: Von dem wahren Begrif des Worts Staat.

6. Hoffmann, Joannes Daniel: De remediis adversus sententias revisorum cameralium.

7. Kapff, Sixtus Jacobus: De locatione cambii proprii in concursum creditorum vocas. ordinat. camb. Würt. C. 757.

8 Schott, Christophorus Fridericus: De delictis et poenis ad recentiorem libellum Italicum de hoc argumento.

9. Tafingerus, Fridericus Guilielmus: De piarum caussarum mutatione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0008-7

DE ELECTIONE ET CORONATIONE IMPERATORIS REGISQVE ROMANORVM

[illegible] AVCTORITATE

PRAESIDE

GODOFREDO DANIEL HOFFMANNO

ANTECESSORE IVRIS PVBLICI

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE CAPESSENDI

[illegible] SEPTEMBRIS MDCC[illegible]

[illegible]

FRIDERICVS [illegible] ERASMVS MAIER

[illegible]

SOCIETATIS TEVTON[illegible]ENSIS SOCIVS.

TVBINGAE

MACHINIS ERHARDTIANIS.

KÖN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0009-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0010-8

Pa. 24. mm. 4.

20

OBSERVATIONES JVRIS CAMERALIS

1766, 2.

QVAS

CONSENTIENTE ILLVSTRI JCTORVM ORDINE

IN ALMA EBERHARDINA

POST EXANTLATA EXAMINA

PRO OBTINENDIS

SVMMIS IN JVRE HONORIBVS

D. AVGVST. MDCCLXVI.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

JO. DANIEL MARIANVS FRANCK

SERENISS. PRINCIPIS HOHENZOLLERANO - HECHINGENSIS

CONSILIARIVS INTIMVS.

TVBINGÆ, LITTERIS FVESIANIS.

KÖNFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0011-3

I.

DE POTESTATE CAMERÆ INTERDICENDI NOTARIIS EXERCITIUM NOTARIATUS.

Quod *notarii*, examine prævio, in *cameralem matriculam a*) referantur, perque relationem iſtam hanc, ut camerales inſinuare proceſſus poſſint, prærogavam nanciſcantur, certum prorſus eſt atque indubium. *An vero Camera notarium immatriculatum, qui ſuam fraudibus decoxit fidem publicam, non ſolum ex camerali exſtinguere matricula, ſed ipſo quoque notariatu privare poſſit?* quæſtio eſt dubia forſitan propterea nonnullis viſa, quod nullos Camera creet *b*) notarios, quodque, quum hæc ipſa notariatus privatio pro ſpecie caſſationis privilegii Cæſarei, á Majeſtate imperatoria per conſilium *c*) imperiale aulicum fieri ſolitæ, haberi poſſit, colligendum ſit, Cameram, notarium quidem ê matricula camerali exſtinguere, eique illa, quæ per immatriculationem acquiſivit, jura adimere poſſe, non tamen ipſo eundem notariatu privare. Quum vero ipſa, cuius ſuprema adminiſtratio Cameræ commiſſa eſt, juſtitia requirat,

ut ejusmodi ſidei publicæ decoctor non pœnam ſolum luat, ſed aliis quoque hominibus in poſterum ab ipſius fraudibus caveatur; eo minus equidem dubito, competere etiam *d*) Cameræ imperiali celſiſſimæ poteſtatem interdicendi eidem ipſum notariatus exercitium, quo certius *e*) factæ a magiſtratibus inferioribus talis interdictionis non omnia deſunt exempla.

a) De immatriculatione iſthac notariorum, ipſorumque inſinuandi facultate videantur *Rutgeri* RVLANDI *tractatus de commiſſariis & commiſſionibus Cameræ imperialis*, P. I. *lib.* 4. *Cap.* 23. *n.* 3. *ſeqq. Jo. Chriſtiani* BOCKEN *lectio Blumiana, ſive notæ perpetuæ ad Jacobi Blumii proceſſum cameralem* 1728. 4. tit. 65. n. 50. p. 698. *Clariſs. viri, Friedr. Guil.* TAFINGERI *inſtitutiones jurisprudentiæ cameralis, Tubing.* 4. 1754. *Sect.* 1. *tit.* 12. §. 301. *Sect.* 4. *tit.* 1. §. 807. & *Selecta juris cameralis Tubing.* 8. 1756. *O.* 19. cum quibus præter *Jacobum Friedricum* LVDOVICI *in diſputatione de teſte contumace*, Hal. 1717. cap. 3. §. 3. p. 34. jungendus eſt perilluſtris *Jo. Ulr. L. B. de* CRAMER *Obſervationum juris univerſi Tom. I.* Wezlar. 1758. 4. *O.* 148. in qua ipſa obſervatione pag. 405. exceptiones a regula, inſinuationem proceſſuum notariis immatriculatis tantum vindicante, propoſuit.

b) Quod Camera non creet notarios, ſed creatos immatriculet, obſervavit DIETHERR *in additione ad Beſoldi theſaurum practicum*, *voce: Notarius*, cui jungi poſſunt *Caſp. Guilielm.* SCIPIONIS *Deciſiones rotæ Spirenſis lib.* 2. *Deciſ.* 56. *pag.* 111. *edit. Urſell.* 1603.

c) Talis *privatio notariatus* facta eſt d. 27. Sept. 1686. a judicio imperiali aulico per ſequens, quod exhibet *Georg Melchior de* LVDOLF *in P.* 3. *variarum obſervationum forenſium O.* 297. *n.* 14. *pag.* 514. decretum cæſareum: „Demnach der Röm. Kayſ. Majeſt. unſerm allergnädigſten Herrn, in Unterthänigkeit vorgetragen worden, was „geſtalt Andreas Senf nicht allein der zwiſchen N. Burger Meiſter „und Rath des heil. Reichs - Stadt Lübeck und der Bürgerſchafft „daſelbſt obſchwebenden Mis - Verſtændnüſſen ſich zur Ungebühr „theil-

„theilhafftig gemacht, und inſonderheit noch jüngſthin, als die „Zünfte dem Rath die Wette Bücher anmaslich abnehmen laſſen, „*ſeines Notariat-Amts gröblich misbrauckt, als iſt derſelbe, wegen ſol-„cher verübten Ungebühr von ſeinem Notariat, inmaſſen hiermit beſchiehet, „ſuspendirt, alſo, daſs er ſich deſſen weiter nicht, weder inn-noch auſſer „Gericht, in keinerley Sachen anmaſſen ſolle*, da benebenſt aber auch „wider ſeine Perſon, wegen oberwehnten und andern Frevel, fer-„ner Strafe vorbehalten.„ Sic quoque non ſolum ob admiſſas in muneris notarialis exercitio fraudes varias per concluſum judicii imperialis aulici, d. 16. Maii 1727. factum, in Cauſa *Burggräfenroth & conſ. contra die kayſ. und des Reichs Stadt Friedberg, Sententiæ & Commiſſionis*, in *Jo. Jac.* MOSERI *Einleitung zum Reichs-Hof-Raths-Proceſs*, P. 4. cap. 10. pag. 475. facta eſt temporalis notarii ſuſpenſio, ſed exhibetur quoque in *merkwürdiger Reichs-Hof-Raths-Concluſorum P. 3. n. 35. pag. 35.* concluſum judicii imperialis aulici dd. 21. Jun. 1727. comminationem caſſationis diplomatis notarialis continens.

d) Hoc ipſum tribunal celſiſſimum d. 13. Octobr. 1753. quum Francofurti ad Mœnum gravis fabricatorum falſorum Cameræ decretorum orta fuiſſet ſuſpicio, ſequens, ſuſpecti quoque notarii mentionem faciens, decretum dedit: „Auf erſtatteten Bericht von Schultheiſs und Schöffen der Stadt Franckfurt wird dem Magiſtrat be-„ſagter Stadt zu Formirung des fiſcaliſchen Proceſſes gegen die „angegebene frevelhafte Fabricanten derer ad ſupplicam pro cita-„tione beygebrachter vieler, theils ganz falſch, theils verſtümmelt „und verfälſcht ſeyn ſollender, Beylagen commiſſio dahin: daſs ſich „ſelbiger des Klägers und Schneider-Meiſters H. dann des in „libello nullitatum benahmſten Advocati M. und *adhibirten Notarii* „W. wegen nicht Entkommens vorderſamſt verſichern, auch ſel-„bige bewandten Umſtänden nach, und ſo fern ſie nicht genugſam „angeſeſſen, und de fuga ſuſpecti ſind, noch zur Zeit in leidliche „Cuſtodie abgeſondert bringen, deren Vermögen, ſo viel daran „ausfindig zu machen ſeyn dörfte, mit Arreſt belegen rel. ſodann

„aber, legaliter demum inſtructo proceſſu inquiſitorio, die ſamtlich „geführte Inquiſitions-Acta mit und neben dem Original-Stock „Actorum cameralium zu dieſes kayſ. Cammer-Gerichts weiterer „Verfügung und Erkänntniſs verſchloſſen einſchicken ſolle, hiermit „aufgegeben.

e) Ipſum quoque judicium imperiale aulicum hanc ipſam quoad notarios poteſtatem non in totum denegare judiciis, Imperatoris & Imperii jurisdictioni ſubordinatis, adparet ex concluſo ejusdem dd. 12. Jan. 1759. in *Anton.* FABRI *neuen Europäiſchen Staats-Canzley* P. 2. *Cap.* 16. *n.* 1. *pag.* 485. *ſeqq.* Sic etiam verſanti in academia Lipſienſi notario, falſario inſtrumentaque adulteranti, præter relegationem ad decendium, caſſationem axiomatis & ſigilli ſequenti dictatam ſententia: „daſs B. des begangenen falſi halber, deſſen er zur Nothdurft überführet, ſich *des Notariat Amts verluſtig* gemacht, zu welchem Ende ihm das Diploma und Notariat-Signet abzufordern, „und wird er hierüber zehen Jahr lang des Landes billig verwieſen:„ hancque ipſam degradationem Senatui Lipſienſi, a quo Diploma notariale acceperat, & omnibus per programma publicum fuiſſe ſignificatam, teſtatur *Guſtav. Henr.* MYLIVS in diſs. quam Lipſiæ 4. 1740. edidit ſub tit. *Actuarius peccans in inſtrumento publico conficiendo* §. 28. p. 22.

II. DE JURAMENTO PAUPERTATIS PER PROCURATOREM QUOQUE PRÆSTANDO, ET UNIVERSITATE INOPE A JURIBUS PAUPERUM NON EXCLUSA.

Pauperibus, in celſiſſima imperiali Camera jus ſuum proſequuturis ipſæ Leges *a*) concedunt *jura pauperum*, formulamque *b*) *jurisjurandi* præſcribunt, juxta quam ad jura iſta admitti deſiderans non *adſerit* ſolum, ſe tantum in bonis non habere, ut advocato, procuratori & cancellariæ ſatisfacere poſſit,

poſſit, ſed inſimul quoque *pollicetur*, ſe, ubi victor diſceſſerit, aut alio quocunque modo ad meliorem fortunam redierit, iisdem ſatisfacturum eſſe omnibus. Quamvis autem juramentum hocce præſtare hodienum ſoleant in Camera *ipſi pauperes*, poſſe tamen iſtud ipſum præſtari quoque per *c*) *procuratorem*, ſive cameralem, ſive alium quemcumque, ſpeciali mandato *d*) inſtructum, vix ac ne vix quidem dubitandum videtur eſſe. Anne vero etiam tota *e*) *univerſitas* ad incitas redacta, ſuamque probans inopiam, petere in camera poſſit jura pauperum, admiſſionemque ad illa ſperare? quæſtio eſt, a nullo, quantum equidem memini, rei judiciariæ imperii ſcriptore tractata, eo magis forſitan adfirmanda, quo certius eſt, â beneficio *f*) hocce, eum in finem, ne in ſupremo hoc judicio quisquam ob ſuam inopiam, a juſtitiæ adminiſtratione præcludatur, omnibus omnino pauperibus conceſſo, nullibi excluſas eſſe univerſitates, ſuam probantes inopiam.

a) Ordinat. Cam. 1495. §. 27. Ordinat. 1555. P. I. tit. 41. Receſſ. Deput. 1600. §. 8. ſeqq. Concept. Ordinat. Cam. P. I. tit. 55. Receſſ. Viſitat. 1713. §. 110. Conf. *Samuel.* SCHULZII *diſſ. de pauperibus in Camera litigantibus. Gieſſæ* 1730. *edita*, auctaque notis quibusdam *anonymi Wezlariæ* 1752. laudati & nunquam ſine ſumma honoris teſtificatione nominandi *L. B. de* CRAMER *cit. P. I. obſervationum juris univerſi O.* 180. *pag.* 439. laudati & Juris cameralis expertiſſimi TAFINGERI *inſtitut. juriſpr. Cameralis*, §. 751. *ſeqq. & Selecta juris Cameralis O.* 15. *Jo. Andr.* HOFMANNI *teutſche Reichs-Praxis*, *Frankfurt am Mayn* 1765. 8 §. 184. *p.* 115. *Conr.* HERPFERI *diſp. de privilegiis pauperum*, *Argent.* 1669. § 49. *pag.* 31. *&* 32.

b) Jurisjurandi hujus formula præſcribitur in *Ordinat. Cam.* 1555. P. I. *tit.* 78. *Concept. Ord. Cam. P. I. tit.* 96.

c) Sic in *Caſp. & Werneri* KOCHIORUM *notis ad Ordinat. Cam. P. I. tit.* 78. *n.* 1. *pag.* 84. *in Joh.* DECKHERRI *monument. lect. cam. antiq. pag.* 84. *edit Wezlar.* 1720. 4 notatur, quod juramentum hoc procurator partis pauperis non praſtet ſine ſpeciali mandato, hocque

non

non adparente, ille non admittatur, etiamſi pars adverſa nihil opponat, ad quem locum ſequens a DECKHERRO additur obſervatio: „*Sed procuratorem ſupremi judicii id in animam alterius præſtitiſſe*, anſam„que aliis ipſum exagitandi dediſſe, nemo forte meminerit, præſtan„tur itaque per alios æque pauperes, aut non tantæ conſiderationis „mandatarios ſpeciales:„ cujus ipſius tamen ſolidam rationem ullam invenire eo magis eſt difficile, quo certius eſt, nec ipſorum principalium litigantium, paupertatem ſuam jurejurando adſerentium, honori famæque vel quidquam decedere, & proinde nec procuratoris cameralis famam ullo iure ſugillari poſſe, ſi juramentum iſtud in ſui principalis animam præſtare non detrectet.

d) Hac ipſa ratione in conſilio imperiali aulico per concluſum d. 29. Maji 1722. datum, *Agenti* Vogel productio *mandati ſpecialis ad præſtandum juramentum paupertatis* injuncta fuit verbis ſequentibus: „wird derſelbe von ſeinem Principalen zu *Abſchwörung des jura„menti paupertatis ſpecial-Gewalt* beybringen, ſoll diſsfalls und we„gen Admiſſion zu Armen-Recht weiterer Beſcheid ertheilet wer„den.„ in adj. der *Geſchichts-Erzehlung* rel. *in Sachen weyl. Herrn Heinrich Albrecht, Caſimir und Auguſt, Grafen zu Sayn und Witgenſtein in Berleburg contra weyl. Herrn Carl Ludwig, jezo Herrn Ludwig Ernſt, Grafen zu Sayn und Witgenſtein, proprio & mandatario nomine, puncto illiciti recurſus ad Cameram.*

e) Motam fuiſſe quæſtionem hancce occaſione communitatis Rettwicenſis menſe Junio 1762. narrarunt relationes comitiales, certi quid vero ſtatutum eatenus, aut petitum ipſum in ſupremo imperii judicio propoſitum fuiſſe, nondum audivi.

f) Sic non citati ſolum textus generatim loquuntur, ſed hujus ipſius, ne propter inopiam à juſtitiæ adminiſtratione quisquam excludatur, cauſæ expreſſa ſequens fit mentio in *Ord. Cam.* 1555. *P. I. tit.* 19. *§. ult. Concept. Ord. Cam. P. I. tit.* 31. *§.* 10. „*Auf daſs auch niemand Ar„muth halben Rechtlos gelaſſen werde;* ſo ſoll der Cammer-Richter „die Sachen der Armen, die ihrer Armuth Urkund oder Anzeig „brin-

„bringen, und den Eyd der Armen, immaſſen, wie unten geſezet, „erſtatten, den Advocaten und Procuratoren ihnen zu rathen, und „zum Beſten im Rechten fürzubringen, befehlen.„

III. DE NON AUCTA SUMMA PRIVILEGIORUM DE NON APPELLANDO PER AUCTAM IN R. J. N. SUMMAM ORDINATIONIS.

Aucta fuit per Receſſum imperii noviſſimum *a*) *Summa*, juxta quam æſtimari debet ac computari gravamen illatum, *adpellabilis*, trecentis antea florenis conſiſtens, ad ſexcentos usque florenos. Quamvis igitur videri forſan poſſet nonnullis, quod pro hac ipſa alterius tanti proportione, juxta quam aucta eſt dicta *ordinationis Summa*, aucta eo ipſo quoque habenda ſit *Summa privilegii*, nonnullis Imperii R. G. ordinibus antea competentis; omnino tamen, niſi Imperator Auguſtiſſimus, a quo ſolo ſummæ, in antiquiori privilegio determinatæ, extenſio æque ac novorum ejusmodi de non appellando privilegiorum, ab utroque ſummo imperii *b*) judicio obſervandorum, conceſſio impetrari poteſt, ejusmodi privilegii Summam auxerit, nullam hujus ipſius a Camera fieri extenſionem, non ex ulteriori ſolum dicti receſſus imperii *c*) noviſſimi diſpoſitione adparet, ſed idem quoque plura auctæ a Cæſarea Majeſtate privilegii Summæ *d*) exempla demonſtrant.

a) *Receſſ. imp. noviſſ. de anno* 1654. §. 112. Conf. *Jac. Friedr.* LUDOVICI *diſſ. de ſumma adpellabili. Hal.* 1710. *Nic. Cph. L. B. de* LYNCKER *in diſſ. de poteſtate eminente principis in judicio. Jen.* 1680. *cap.* 2. §. 4 *pag.* 13. cit. TAFINGERI *inſtitution. juriſpr. cam. Sect.* 3. *tit.* 13. §. 690. & *ſelect. jur. camer. O.* 13.

b) Obſervationem ejusmodi privilegiorum de non adpellando injunctam videmus in *Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ Osnaburgenſi art.* 5.

 §. 56.

§. 56. *Receſſu imper. noviſs.* §. 111. *Receſs. Viſit. cam. de anno* 1713. §. 9. *& capitulatione imperatoris auguſtiſſimi Joſephi II. art.* 18. §. 4. Conf. poſt alios plures *Chriſtiani Phil.* KRIEGERI *introductionem in praxin fori Hamburgenſis, cap.* 5. §. 1. *pag.* 537. *in theſauri juris provincialis & ſtatutarii illuſtrati Germaniæ I. Band. I. Abſchnitt, Gieſs.* 1756. 4. cujus ipſius collectionis ampliſſimæ continuatio, ipſique perilluſtri Auctori ad pertexendam hancce ipſam telam anni longævi optantur.

c) Ipſam talia privilegia concedendi atque amplificandi poteſtatem ſoli Imperatori auguſtiſſimo tribuit *cit. receſs. imp. noviſs.* 115. „ſtehet „dieſemnächſt bey des heil. Reichs Churfürſten und Ständen ſamt „und ſonders, *über ihre auf eine gewiſſe Summa habende und hergebrachte privilegia de non adpellando deren fernere Erhöhung bey uns als „Römiſchen Kayſer, von deme dieſe und andere dergleichen Begnadigungen „herrühren*, in ſo weit *gebührend anzuhalten*, und nach geſtalten „der Sachen-Umſtänden unſere Reſolution und Verordnung dar„über zu erwarten.

d) Sic exempli gratia *privilegium* a divo Carolo V. Imp. *civitati* imperiali *Norimbergenſi* anno 1520. conceſſum, ad id, ut adpellatio ad forum extraneum locum haberet, objectum litis, *ſummam 600. florenorum æquans* requirens, poſt auctam eo usque ſummam ordinationis auctum fuit à Divo Leopoldo Imp. ſummaque privilegii hujus *ad quantitatem 900. florenorum ſortis* aucta fuit extenſaque. *Norimbergenſis* hujus *privilegii* hiſtoriam exhibet *Henr.* LINCK, *de judiciis reipublicæ Norimbergenſis, Altorf.* 1690. *cap.* 3. §. 11. *pag.* 26. cui jungendus eſt *Martin.* FVRWERGER *in diſſ. de cauſis in foro Norimbergenſi non adpellabilibus privilegiatis, occaſione Legis 3. tit. 10. Reformat. Norimberg. Altorf.* 1728. §. 7. *pag.* 11. Notari hic quoque meretur *privilegium de non adpellando limitatum die 4. Nov. 1743. civitati imperiali Francofurtenſi à Divo Carolo VII.* Imp. conceſſum, ſummamque adpellabilem 1000. *thalerorum* ſtatuens, quod ipſum d. 22. Jan. 1744. in Camera

mera imperiali pro inſinuato acceptatum, poſteaque etiam à Divo Franciſco Imp. anno 1753. confirmatum fuit. Io. Phil. Conf. ORTHII *nöthig und nuzlich erachteter Anmerkungen über die ſogenannte erneuerte Reformation der Stadt Frankfurt am Mayn IVte und lezte Fortſezung, pag. 955. ſeqq.*

IV. POENÆ, A CAMERA DICTATÆ, REMISSIO EX GRATIA A CÆSARE FIT, EX CAPITE JUSTITIÆ AB IPSA CAMERA.

Ab imperiali *Camera* celſiſſima *dictatæ per errorem pœnæ* mulctæve *remiſſionem*, ſola quippe juſtitia nitentem, faciendam, *gratioſam* vero a ſolo Imperatore auguſtiſſimo fieri poſſe, generatim plerumque traditur. Quemadmodum vero in poſteriori caſu ab imperatoris gratia *a*) meroque beneplacito, an talem a Camera dictatam mulctam remittere velit, dependet, & proinde ipſa Majeſtas Cæſarea pro tali mulctæ fiſcalis remiſſione gratioſa ſupplicibus adeunda eſt precibus; ita e contrario ſi ex capite juſtitiæ talem quis petere vult remiſſionem, ſuas in ipſa Camera, ad adminiſtrandam juſtitiam conſtituta, rationes debet exponere, inque dictanda pœna errorem admiſſum eſſe oſtendere, quem ipſum ſi agnoſcat ſupremum hocce tribunal quin remiſſionem iſtam, in ipſis *b*) fundatam Legibus, concedat, condemnatumque contra dictatam antea pœnam in integrum *c*) reſtitutat, nullum eſt dubium.

a) Sic ſtatuitur non ſolum in *receſſu Viſitat. Cam. de anno* 1713. §. 94. „Wann es aber auf eine Moderation oder gänzliche *Erlaſſung der Stra-* „*fe aus bloſſer Gnade* ankommt, iſt die Partey *mit ihrem Suchen an Ihro* „*Kaiſerl. Majeſtät zu verweiſen.*„ ſed præterea quoque in *Memoriali Viſitat. dem Kayſerl. Fiſcal zuzuſtellen.* 1713. §. 5. diſponitur: „hat er „Fiſcalis nicht nur ſeiner jährlichen Amts-Rechnung hinfüro eine „Canzley-Verzeichnus und Extract, wie viel und was für Strafen

„ſelbiges Jahr erkennet, und was darauf bezahlet worden, anzu-„ſchlieſſen, ſondern auch in der Rechnung des nächſtfolgenden „Jahrs einzutragen, was von jeder Strafe noch ausſtehet, und „weiters daran eingegangen; nicht weniger *in beglaubter Form jedes-„mal beyzulegen, wenn Ihro Kayſerl. Majeſtät alle gnädigſt gefällig ge-„weſen, ein oder andere Straffe gänzlich oder zum theil nachzulaſſen.*„ Conf *Jo. Jac.* MOSERI *Teutſches Staats-Recht*, P. 4. *lib.* 2. *cap.* 50. §. 2. *pag.* 102. *ſeq.* & P. 5. *lib.* 2. 99. §. 7. unde vera cauſſarum gratiæ ac juſtitiæ differentia generatim adparet.

b) Hanc ipſam pœnæ per errorem dictatæ remiſſionem, ex capite juſtitiæ faciendam, Cameræ imperiali relictam jam videmus in *Memoriali Viſitationis ad judic. præſid. & Adſeſſores* 1572. § 11. „Es ſoll „auch der Herr Cammer-Richter oder deſſen Amts-Verweſer, „da die Procuratoren zu Zeiten *per errorem* zur Ungebühr geſtraft, „und demnach um Nachlaſſung der Straf ſuppliciren, Amtswegen „ſondere Verſehung thun, daſs ſolche *errores corrigirt*, *keiner ohnver-„ſchuldter Ding zu Erlegung der Straffen angehalten werde*, darum der „Cammer-Richter in ſolchem Fall auch etlicher anderer Beyſizer Be-„denken, ſo bey dem Straffen nicht geweſen, darüber verhören, „und die Billigkeit handhaben ſoll.„ quam ipſam diſpoſitionem mutatis quidem aliquatenus, ſed Cameræ tamen imperialis poteſtatem extendentibus potius, quam reſtringentibus, verbis repetitam legimus in *Concepto Ordinat. cameral.* P. I. *tit.* 66. §. 4. unde illam exhibet cit. TAFINGER *in ſelect. Jur. Cam. O.* 22. not. c)

c) Sic dictatæ a Camera pœnæ remiſſio facta eſt non ſolum in *entſchiedener Sachen Herrn Friedrich Wilhelm, Grafen zu Neuwied, wider die Kirchſpiel der Nieder-Grafſchaft Wied, Mandati de præſtando pendente lite debitam obedientiam, ſervitia & onera conſueta, nunc reſtitutionis in integrum deciſæ, die Wachgelder betreffend, in Faſciculo I. Sententiar. cameral.* quem *variarum obſervationum forenſium Parti III, Wezlariæ* 1734. 4. *editæ*

4. *editæ* ſubjunxit *Ge. Melch.* DE LUDOLF. *num. XVI. p.* 50. & 51. verbis ſequentibus: „im übrigen wird Lt. Weylach *die ihm in vor-„beſagter Urthel andictirte Straf aus denen durch ihn vorbrachten Urſa-chen wieder erlaſſen*:„ ſed contra dictatam in ſententia camerali, d. 18. Martii 1670. lata, decem marcarum auri puri mulctam, advocatus Carſtens d. 13. Decembr. per Sententiam aliam in integrum fuit a Camera reſtitutus. Dicta *prior* ſententia *condemnatoria* quoad paſſum huc ſpectantem ita ſe habebat: „In entſchiedener Sachen „weyland Herrn Adolphen, jezo Herrn Chriſtian Albrechten, Her-„zogen zu Hollſtein, Klägere, wider Burgermeiſter und Rath der „Stadt Lübeck, Beklagte, ſimplicis querelæ, in ſpecie Herrn Ju-„lium Franzen, Herzogen zu Sachſen-Lauenburg, als Intervenien-„ten betreffend, läſst man es, ſo viel das Städtlein Möllen belanget, „zwar bey der am 15. Febr. 1658. durch Notarium Kayll angezeig-„ten Reviſion, die durch denſelben allhier gerichtlich und in offent-„licher Audienz producirte gravamina reviſionis aber ſind als anzü-„gig, injuriös und ſyndicirlich, auch dieſem kayſ. und des heil. „Reichs höchſten Gericht in viele Wege ſchimpflich und verklei-„nerlich, *mit vorbehaltener Straf gegen den vorbenannten Advocaten „D. Carſtens von* 10. *Marck löthigen Goldes*, innerhalb dreyer Mona-„ten dem kayſ. Fiſco ſub pœna dupli & realis exequutionis zu er-„legen, nicht allein hiermit verworfen; ſondern ſollen dieſelbe „nach geendigter Publication der Urtheln offentlich vor der Au-„dienz-Stuben durch den Pedellen zerriſſen werden rel.„ Poſterior autem *reſtitutoria* ſequentibus concepta erat verbis: „ In entſchiede-„ner Sachen rel. iſt erkannt, daſs der *in dieſer Sachen benahmste Ad-„vocatus D. Carſtens wegen des am* 18. *Martii* 1670 *andictirten Pön-„falls der* 10. *Mark löthigen Goldes, aus vorbrachten Urſachen, in in-„tegrum zu reſtituiren*, dagegen die beklagte den Concipiſten des „als anzüglich, iniurieux und ſyndicirlich, vor der Audienz-Stu-„ben durch den Pedellen öffentlich verriſſenen Libelli reviſionis zu

„benen-

„benennen, oder widrigen Falls obberührte Strafe von dem ih- „rigen innerhalb zwey Monaten dem Kayſ. Fiſco ſub pœna du- „pli & realis exequutionis zu erlegen ſchuldig und gehalten ſeyn „ſollen„ rel. Conf. *Georg. Melch.* DE LVDOLF *in adpendice I. ad ſupplementa Obſervationum forenſium pag.* 9. & 11.

V. DE PRIVILEGIO, CAUSAS POSSESSORII INADPELLABILES STATUENTE, ADPELLATIONEM IN PETITORIO NON EXCLUDENTE.

Quam indubium eſt, ad *obſervanda* qualiacumque privilegia, Statibus imperii competentia, illaque imprimis, quæ ratione *inferioris inſtantiæ* ipſis conceſſa ſunt, adſtrictam *a*) ſe teſtari imperialem Cameram, eademque, ut primum *b*) inſinuata ipſi fuerunt, & ab ipſa pro inſinuatis *c*) acceptata, in decernendo atque judicando *d*) attendere; tam certum quoque eſſe imperialis ſtatuit Camera, quod judicia Statuum imperii, ipſi immediate ſubordinata illam nullo usquam unquam modo *impedire* poſſint in imperialis jurisdictionis exercitio, hocque ipſum potius, uti in *e*) genere, ita in ſpecie quoque adpellationis *f*) intuitu ſalvum eſſe debeat in omnibus cauſis caſibusque, per Leges & Privilegia non exceptis. Quærenda profecto in eodem quoque eſt ratio, quod *ob privilegium, adpellationem in cauſſis litibusque de poſſeſſorio agitatis excludens*, quale eſt privilegium *g*) Montano-Juliacenſe, *non excluſa in cauſſis, petitorium tractantibus, habeatur adpellatio ad Cameram*, quæ ipſa conſervandæ jurisdictionis, ſibi conceſſæ, omnino & quidem ſummo jure, ſtudioſa, *non permittit, ut judex inferior* ejusmodi quoad poſſeſſorium privilegio munitus, pallio poſſeſſorii deciſionem quæſtionis principalis, ad petitorium judicium pertinentis, involvat, *ſubque larva poſſeſſorii h*) *ipſum quoque decidat petitorium*, ſicque competens quoad hoc ipſum parti gravatæ jus adpellandi ad Cameram perimat. Tali potius illa in

in caſu petitos á parte gravata proceſſus adpellationis *i*) decernit, larvamque, ut ita dicam, detrahit *k*) judici, petitorium ſub poſſeſſorii *l*) ſpecie decidenti.

a) Hancce ipſam privilegia attendendi obligationem ſtabilitam inveniemus in *Memoriali Viſitationis* 1595. *ad jud. præſid. & adſeſs.* §. 12. *Receſs. Deput.* 1600. §. 18. *Concept. Ordinat. Cameral.* P. I. *tit.* 22. §. 6. P. 2. *tit.* 31. §. 12. *Receſſu imperii noviſs.* §. III. & 123. *Inſtrumento Pacis Weſtphal. Oſnaburgenſi* ant. 5. §. 56. & Receſſu *Viſitat. Cam.* 1713. §. 9.

b) Hæc ipſa *privilegiorum inſinuatio fieri* ſolet debetque *judicialiter per procuratorem*, mandato inſtructum, *producentem* in publica audientia *originale impetrati a Cæſarea Majeſtate privilegii diploma*, quod ipſum vero illi poſtea, ubi Camera iſtud pro inſinuato accipit, retenta tantum apud acta copia ejuſdem vidimata, redditur. Conf. cit. TAFINGERI *inſtitut. jurispr. camer. Sect.* 3. tit. 12. §. 672. *Jo. Steph.* PÜTTERI *Verſuch einiger næheren Erläuterungen des Proceſſes beyder höchſten Reichs-Gerichte, Göttingen* 1751. 4. *num XIV. pag.* 223. ſeqq. ubi *inſinuationem Privilegii de non adpellando* Regi Magnæ Britanniæ, Electori Brunsvicenſi, *ratione Ducatus Lauenburgici* anno 1748. conceſſi deſcribit, & procuratorem, quum iſtud ipſum privilegium ab initio extrajudicialiter inſinuaſſet, ut in audientia iſtud judicialiter produceret, juſſum fuiſſe obſervat. Idem quoque ratione *privilegii de non adpellando illimitati Haſſo-Darmſtadienſis* eodem anno factum fuiſſe adparet ex laudati perilluſtr. *L. B. de* CRAMER *Obſervationum jur. univerſi tom.* 2. *part.* 2. *Ulm.* 1762. 4. *O.* 654. *pag.* 188. Licet autem, hoc modo ipſa hæc privilegiorum inſinuatio fieri plerumque ſoleat, ſit tamen, obſervante laudato MOSERO *im teutſchen Staats-Recht*, *Tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 56. §. 100. *pag.* 289 ut ipſe quoque *Imperator* auguſtiſſimus conceſſum alicui privilegium per *reſcriptum*, juncta ipſius privilegii copia, ſigillo majori cæſareo munita, ſignificet Cameræ,

uti

uti ex. gr. non ſolum *privilegium de non adpellando illimitatum*, *Electori Brunſvicenſi*, cum collatione electoralis dignitatis conceſſum, Cameræ fuit inſinuatum per reſcriptum cæſareum dd. 12. Aug. 1718. quod exhibetur in *adpendice V. ad* LVDOLFI *Commentationem ſyſtematicam de jure camerali pag.* 134. Wezlar. 1741. 4. *ſed quoque privilegium de non adpellando illimitatum*, *electori Trevirenſi anno* 1721. *reſtitutum* atque renovatum in literis, d. 26. Iun. 1726. ad cameram datis, & a laudato *Jo. Jacobo* MOSERO exhibitis ſignificavit imperator, divus Carolus VI. cum qua ipſa *praxi recentiori* convenit quoque *antiquior*, ceu patet ex duabus, quas cit. MOSER *cit. loc.* §. 101. *pag.* 289. exhibet, & quæ etiam in *Jacobi* BLVMII *Chiliade Sententiarum cameralium*, *Wezlar.* 1720. 4. *num.* 20. & 430. deprehenduntur, ſententiis cameralibus.

c) Factam nempe dicto modo in Camera *inſinuationem* ſequitur *acceptatio*, *confirmationis* nomine, ceu ſæpe laudatus TAFINGER *in inſtitut. Sect.* 3. *tit.* 12. §. 672. obſervavit, venire ſolita, quæ per cameralem fit ſententiam, qua privilegium pro acceptato declaratur, & documentum factæ inſinuationis, nec non ipſius originalis reſtitutio, retenta apud acta copia, per lectores vidimata, conceditur.

d) Hancce ipſam *privilegia obſervandi neceſſitatem a facta* inſinuatione demum incipere ſtatuit Camera, eatenus legali non deſtituta autoritate. Sic enim allegata ex *Concepto Ordinat. cam P, I. tit.* 22. §. 6. diſpoſitio iudicem, præſides atque adſeſſores, ut privilegia Statuum qualiacunque, quando debito ipſis modo inſinuata fuerunt, obſervent, expreſſis jubet verbis: „ Da Ihnen der Churfürſten, Fürſten und „ anderer Stände ausbrachte Kayſerliche Freyheiten und *Privilegien* „ *de non appellando ſo wohl auch andere Privilegia* einmahl originaliter, „ wie ſich gebühret, fürbracht und inſinuirt, dawider kein Proceſs „ zu erkennen; “ quæ verba in dicti *Concepti parte* 1. *tit.* 31. §. 12. repetita non fuerunt ſolum, ſed ipſa etiam faciendæ privilegiorum inſinuationis neceſſitas Statibus imperii hanc ob cauſam, ut Camera in

in decernendis proceſſibus & judicando illa attenderet, *in mox ſequente* §. 131 .verbis ſequentibus, *ex receſſu imp.* 1570. deſumtis, fuit impoſita: „ Derhalben ordnen und wollen wir auch, daſs alle Ständ „ und Obrigkeiten ihr von uns erlangte *Privilegien de non appellando* „ *in ſonderbaren Fällen, unſerem Kayſerl. Cammergericht*, da es allbereit „ nicht geſchehen, *in originalibus förderlich inſinuiren ſollen*, damit un- „ ſer Cammerrichter und Beyſizer *ſich darnach in Ertheilung* der Pro- „ ceſs und ſonſten darauf der Gebühr zu verhalten wiſſen.„ Huicce ex ipſis antiquiorum legum diſpoſitionibus deſumto fundamento accedit quoque hoc, quod in *taxa Cancellariæ cameralis in* §. 26. *Memorialis Viſitationis* 1713. *dem Canzleyverwalter und übrigen Canzley-Perſonen zuzuſtellen*, determinata ſit *taxa*, *pro inſinuatione privilegii de non adpellando ſolvenda*, unde ſatis omnino adparet, quod recentioribus æque ac antiquioribus legibus nitatur Cameræ imperialis praxis, poſt factam inſinuationem privilegiorum hæc ipſa demum attendens, de qua poſt alios plures teſtatur quoque cit. *Jo. Jac.* MOSER *in Teutſchen Staats-Rechts tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 56. §. 103. *p.* 290.

e) *Salvam in genere* debere eſſe *jurisdictionem Cameræ*, poſt alias plures diſpoſitiones jubet tam *ordinat. cam.* 1555. P. 2. *tit.* 35. *Conceptumque ordinat. cam.* P. 2. *tit.* 37. quam ipſe etiam receſs. imp. noviſs. §. 165.

f) Sic *in ſpecie adpellationem ad Cameram ab omnibus judicibus, camerali jurisdictioni immediate ſubjectis, ſalvo tamen jure communi, ſalvisque privilegiis de non adpellando licitam* eſſe ſtatuit *Ordinat. cam.* 1555. P. 2. *tit.* 28. §. 1. & *Concept. ordinat. cam.* P. 2. *tit.* 31. *pr.* hancque ipſam diſpoſitionem cit. *Ordinatio cam.* P. 2. *tit.* 28. §. 2. verbis, quæ in *cit. concepti* P. 2. *tit.* 31. §. 1. leguntur, eo usque extendit, ut judices, imperiali Cameræ ſubordinati, partes gravatas interpoſitione adpellationis prohibere omnino nequeant.

g) *De privilegio hocce Montano-Juliacenſi in cauſis litibusque de poſſeſſione, ſub reſervatione petitorii, agitatis atque deciſis, adpellationem prohibente*

videatur *Catalogus privilegiorum S. R. J. electorum, principum ac ſtatuum, Wezlariæ* 1740. 4. *editus*, & ſupra citatæ editioni noviſſimæ *commentationis ſyſtematicæ de jure camerali* LUDOLFIANÆ *jungi ſolitus*, *pag.* 44.

h) Conferri omnino merentur hic ea, quæ *de judice Juliaco-Montano ſub larva poſſeſſorii petitorium decidente, & attentante*, tradit jam laudatus perilluſt. *L. B. de* CRAMER in *opuſculor. tom.* 4. *Marburg.* 1756. 4. *num* 18. *pag.* 444. *ſeq.* cui jungenda eſt ejusdem viri graviſſimi, & nunquam ſine honorifica omnium obſequiorum teſtificatione a me nominandi *Obſervatio* 423. „ *Quodſi ſententia qualitati prætenſæ* „ *bonorum revolutariorum vel veri feudi ceu fundo innititur, privilegium* „ *Julio-Montenſe locum non habet, pag.* 948. *ſeqq. jam cit. tomi I. Obſervationum juris univerſi*, ubi *pag.* 950. inter alia quoque ſequentia leguntur verba, notata haud indigna: „ Tendit in præjudicium „ ſupremorum imperii dicaſteriorum, ſi quæque cauſſa, cujus natura „ judicium poſſeſſorium non reſpicit, illo tamen inſigniri, & ſic re„ curſus ad illa difficilis reddi vult. „

i) Sic quum (verbis utor laudati perill. *L. B. de* CRAMER *cit. opuſculor. tom.* 4. *num.* 18. *pag.* 447. & 448.) „ in cauſa *Grafen von Schel*„ *lardt contra von Eynatten, contra poſſeſſorem* feudi ſpecialibus titulis, „ nec non confirmatione & inveſtitura domini territorialis munitum, „ & quidem ultra quinquagenta annos poſſidentem, ab agnatis inſti„ tuta actione revocatoria, ex natura & indole ſua petitoriali, a cu„ ria feudali Duſſeldorpienſi *poſſeſſorie, ſalvo petitorio, pronunciaretur*, „ clauſula hæc in fraudem jurisdictionis cæſareæ adjecta videbatur; „ ac proin *non obſtante privilegio Montano-Juliacenſi de cauſſis poſſeſſorii* „ *ad judicia imperii inadpellabilibus* d. 9. *Jan.* 1752. decretum: Seynd „ *in dieſer petitorial- und keinesvvegs poſſeſſorial-Sache die gebetene Ap*„ *pellations-Proceſs*, una cum mandato attentatorum revocatorio, „ & inhibitorio S. C. erkannt, die mitgebetene prorogatio fatalium „ aber als überflüſſig abgeſchlagen. „

k) Fa-

k) Factum id fuiſſe videmus in ſententia camerali d. 20. Decembr. 1728. publicata *in Sachen des von Bevern, jezo Annen Marien Wilhelminen von Bevern, gebohrener von Landsberg, vvider Maximilian von Schall*, uxorio nomine, adpellationis primæ: „ſeynd auf den durch „Dr. Goy am 29ten Nov. jüngſthin abgelegten Eyd die in [66] „producirte acta pro judicialibus, und zu gegenwärtiger Entſchei„dung genugſam inſtruirt, wie auch fernern Zeitſuchens ohngehin„dert, die Sach nach ſo langem derſelben Umtrieb in puncto devo„lutionis vor beſchloſſen von Amtswegen angenommen, darauf „*die* durch weyland Lt. Steinhauſen *eingevvandt exceptio non devolu„tionis, bey vorkommenden beſondern Umſtänden*, und da dieſer Sachen „Beſchaffenheit nach *kein poſſeſſorium* allhier Plaz findet, denen kay„ſerlichen, beyden Herzogthümern Gülch und Berg ertheilten pri„vilegiis in applicirlichen Fällen ohne Nachtheil, *als ohnſtatthaft hie„mit vervvorfen*, und ferner erkannt, daſs Appellat *das petitorium*, „und zwar nunmehro *bey dieſem kayſerl. Cammer-Gericht*, im Fall „derſelbe die Appellantin dieſerhalb Anſpruchs zu erlaſſen nicht ge„meynet, fortzuſezen ſchuldig, und darzu anzuweiſen ſeye, als „wir hiermit ſchuldig erkennen und anweiſen rel. Conf. DE LUDOLF *in adpend. I. ad partem 3. obſervation. forenſ. p. 7. & 8. n. 9.* & laudatus perill *L. B.* DE CRAMER *in cit. opuſculor. loco*, § 1. *pag.* 444. *ſeqq.* ubi ad ſententiam hancce illuſtrandam varia ex voto adſeſſoris cujusdam, in dicta cauſſa lato, adfert momenta, lectu omnino digniſſima. Eadem ratione in cauſſa *von Cortenbach contra von Frens*, obſervante laudato perill. *L. B. de* CRAMER *in jam cit. O. 423. pag. 590.* pronuntiatum: „Iſt Lt. Werner, *mit Vervverffung der exception non „devolutionis, da hier kein poſſeſſorium Plaz hat*, glaubliche Anzeig zu „thun, daſs dem ausgangen, verkündt, und reproducirten kayſerli„chen Mandat gehorſamlich gelebet ſeye, auch in der Hauptſache „ſich einzulaſſen, Zeit zweyer Monat rel.

l) *Tractatis in petitorio cauſſis, ſententias non ad poſſeſſorium eſſe detorquendas*, ipſe Sereniſſimus princeps elector Palatinus, divus *Carolus Phi-*

lippus in reſcripto d. 29. Octobr. 1734. ad Conſilium Juliaco-Montenſe dato ſtatuit: „Unſern gnädigſten Grus zuvor. Hoch- und Wohl-
„gebohren, Wohlgebohrn, Edel, Veſt und Hochgelehrte, Liebe
„Getreue. Wir geben aus dem Anſchluſs des mehreren hierbey
„zu erſehen, was an uns der Graf von Schellardt zu Gürzeim we-
„gen den wider das gegen ſelbigen in Sachen des Freyherrn von
„Schellardt zu Schinne ausgefallenen Urtheil an das kayſ. Reichs-
„Cammer-Gericht interponirten Appellation, und von euch dabey
„unterm *Vorwand, daſs dieſe Sache in poſſeſſorio gehandelt, und abge-*
„*urtheilet worden*, machenden Anſtand unterthänigſt vorſtellend
„gebracht, und zugleich angewieſen, *daſs ſamtliche gepflogene Hand-*
„*lungen nicht in poſſeſſorio, ſondern petitorio geſchehen*, mithin der den
„9ten Octobr. ergangene Spruch aus keiner andern Abſicht, als zum
„Nachtheil des curſus juſtitiæ *ſub prætenſo poſſeſſorio* ausgeſprochen
„worden; allermaſſen es nun *zu übeler Folgerung* gereichen würde,
„wann *in Sachen, wo in petitorio gehandelt, die Urthel ad poſſeſſorium*
„*zu ohnverantwortlicher Hemmung des Juſtiz-Lauffes detorquiret* werden
„wollten, mithin wir ſolchemnach gnädigſt wollen, daſs ihr in
„dieſer Sachen wohl vorſehen, und die *erkannte proceſſus unter einem*
„*ſolchen nicht gegründeten Vorwand zu hemmen, euch keineswegs unter-*
„*fangen ſollt.* rel. verſehen Uns. rel. Conf. cit. *opuſculor.* CRAMERIANOR. *tom. 4. pag. 450. & 451.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0030-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0031-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0032-0

Tübingen, Diss., 1763-67

ULB Halle 3
005 847 915

TA → OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0033-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0034-1

Ra. 24. mm. 4.

…ATIONES
…MERALIS

1766, 2.

…AS

…I JCTORVM ORDINE

…ERHARDINA

…ITA EXAMINA

…INENDIS

…RE HONORIBVS

10

…T. MDCCLXVI.

…MINI SVBMITTIT

…RIANVS FRANCK

…ZOLLERANO-HECHINGENSIS

…VS INTIMVS.

…TERIS FVESIANIS.

KUENFRIED UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515703-p0035-6